

DE VARIIS RERVM VEN-
DICANDARVM MODIS.

DISPVTA TIO.

QVAM

Sub Diuini Numinis auspicio.

Ex permisso inelyti iuridici Fribur-
gensium Collegij.

Sub presidio

NOBILIS, CLA-
RISSIMI, CONSVETISSIMI-
QVE D. DOCTORIS FRI-
DERICI MARTINI I. V. D. S. C. PA-
latij comitis, Serenissimi Maximiliani, Archiducis
Aultrix consiliarij, & in eadem Friburgen-
sium Academia professoris
Canonum primarij.

à prælo ad prælium produxit.

Pro supremâ in vtroque Iure laureâ consequendâ.
HENRICVS BVNÆVS Ratisbonensis Bauarus.

Loco & horis consuetis 19. Die Septembris.

FRI BV RGI BRISGOIÆ.

Ex Officinâ Martini Bœckleri.

ANNO M. DC. XIV.





Ita Decius d. e. de R. I. num. 1. ubi ait, quod utilior sit Actio in rem, quam in personam, quod probatur in l. si fundus. §. in vendic. in f. ff. de pignor. Ratio, quia plenius providet dispositio realis, quam personalis. l. si necessarias. §. in vendendo. ff. de pignor. act.

III.

Eas ergò ut digniores & firmiores, quasi delectu habito, pugnae destinavimus, quas ab efficiente causa in civiles & Prætorias distinguimus.

Per textus §. §. omnium. c. sed & ista Instit. h.

IV.

Sed quæstio anticipat hîc, an Actionis generaliter sumptæ duæ tantum species rectè constituentur, nimirum realis & personalis? quod asserentes defendemus.

§. omnium instit. de act. Mynsing. Schneid. Zasius. ibid. Vlp. l. actionum genera. ff. de act. & oblig. Olden. in locis suis communibus de divis. act. divis. 3.

V.

Nec audimus, qui tertiam, Mixtarum scilicet, speciem commiscant, quin imò Hypocentaurum effingunt, qui sic eas confundunt, ut ex diversis istis speciebus, tertiam producere nitantur.

VI.

Hinc deduco, quod actio, quod Metus causa, quantum in personam ex vi illata ad eòque dilecto obligatam dirigitur, personalis sit merè, quantum vero rem, per vim traditam persequitur, aduersus ipsum inferentem vim, aut quemcumque possessorem, realis sit merè.

l. Metum a. §. Volenti. ff. quod metus causa. glos. ibid. Declarat. Molin. disput. 326. de contract. cum Bart. ad l. Metus. ff. eod. Panor. ad c. ad audientiam. nu. 1.

VII.

Similiter, petitionem hæreditatis realibus actionibus annu-

annumerare non prohibet sententia illorum, qui eam neutri speciei tribuunt, sed quasi confusam & commixtam relinquunt.

Cum Maranta in suo aureo spec. p. 4. distinct 3. nu. 8. VVesemb. in parat. ff. de pet. hered. num. 6.

IIX.

Opinioni nostræ seruit diuisio illa, quæ Ius actoris, ex parte termini, quem respicit, aut dicitur ad rem, aut in re, illud tantum personalem tribuit actionem, hoc verò realem.

Vt clarè docet Leonb. Less. lib. 2. c. 2. dub. 2. nu. 10.

IX.

Eodem conducunt differentiæ, quas DD. colligunt, differre nimirum has species, actionem realem nempe, & personalem, quatuor potissimum modis: origine primò, quia personalis ex contractu, delicto, vel quasi, mediante obligatione oritur; realis verò ex iure, quod quis habet in re per alterum possessa.

Zaf. in §. omnium, Instit. h. Olden. ex Vlp. l. actionum gen. ff. de act. et oblig. cit. loc.

X.

Secundò naturâ, realis namque quemcunque possessorem sequitur, personalis obligatam personam non egreditur. (A) Tertio Processu, nam realis proximam (B) illa remotam causam exprimit. (C) Effectu demum, quia in reali, res declaratur esse mea, illam verò debita. (D)

(A) *l. 25. ff. de A. et O.* (B) *concludunt communiter. DD. post glos. in l. 1. ff. de Edendo. c. significatib. de libelli oblat. Ratio etiam quia actio in rem vniformis et semper sibi similis est. Cyn. in l. edita. C. de Edend.* (C) *Schneid. h. nu. 113. in §. omnium.* (D) *l. sicut a. §. sed cum quærimus. ff. si seruit. vnde glos. l. qui si. ff. de Iud.*

XI.

Circa tertiam discriminis notam, cautelam adnotant, cum

cum fructu nempe addi posse causam remotam, siue titulum specialem, ne nullo nimirum expresso, omne Ius in iudicium deductum videatur, adeoque condemnatione subsecutâ, variandi facultas auferatur.

Mynsing. in §. omnium. nu. 27. Zaf. ibid. nu. 18. per text. ad id insignem in l. si mater II. §. 1. et 2. l. et an ead. 14. §. actiones. ff. de Except. rei iudic. Schneid. ibid. nu. 3.

XII.

Hic si quis dubitauerit, an actionis definitio à Iustin. in pr. tit. de Act. allata, reali quoque adaptari possit? annuimus ei.

Per text. l. certi. C. de hered. vel act. vend. ad stipulante Zafio et Schneid. h. in §. actio. num. 18. et c.

XIII.

Item an realis actio, utilis præsertim, cum personali concurrere possit, (A) & vtens interdicto an præiudicet sibi in rei vindicatione, quæras? (B) illud concedimus, hoc verò non.

(A) *Couarr. lib. 3. resolut. c. 8. nu. 3. versic. ceterum vt cunctis per l. si cuba venderet. ff. de pignor. act. idem docet vir Clariss. D. Frider. Martini antecessor meus colendis. et harum thesium illustri præses. de Censu. c. vlt. num. 63.* (B) *l. et an ead. §. fin. ff. de Except. rei iud.*

XIV.

Dicendis verò, porro præmittimus, Actionem realem, tanquam genus, plures sub se species comprehendere, quas sub triplici Actoris iure cum Iustin. perfringere ordinis melioris gratia, lubet.


XV.

Vendicamus enim res nostras, vel ratione dominij, vel quasi dominij, vel ratione Iuris, seruitutis V. G. vel pignoris, quibus casibus singulæ nobis comparatæ sunt actiones; Ciuili vel prætorio iure.

l. 3. §. est. a. §. Pomp. ff. ad Exhib. Cuiac. obser. lib. 5. cap. 29. VVesemb. de rei Vindic. n. 5. in f.

B.

CAPVT.



CAPVT. II.

De Speciebus Actionis realis, iure civilis proditis.

XVI.

INTER Ciuiles in rem Actiones; princeps eminent rei vindicatio, in specie sic dicta (A) potest definiri: quod sit Actio realis, quæ datur Domino contra possessorem quemlib. ad vindicandam rem suam singularem (B) corporalem; mobilem, siue immobilem. (C)

(A) §. sed ista, Instit. de Act. Olden. clas. 3. nu. 1. (B) Myns. in §. omnium. nu. 30. Instit. h. (C) l. 1. h. VVesen. ibid. n. 5.

XVII.

Ex hac definitione, duo colliguntur fundamenta huius actionis, dominium à parte actoris (A) à parte rei conuenienti possessio (B) illud vt probetur, titulus in libello exprimi non debet (C) hanc si reus negat & conuincitur mendacij, res ab eo auferitur. (D)

(A) l. 9. ff. h. l. 2. ff. de probat. §. omnium Instit. h. (B) d. §. & l. 9. (C) Schneid. ibid. nu. 3. Zas. ibid. n. 18. (D) l. 36. l. fin. ff. hoc. tit. Nouel. 18. cap. 10.

XVIII.

Hæc duo ita requiruntur, vt si alterutrum defiat V. G. primum, & reus nihil præstiterit, tamen definitiuè veniat absoluentus, (A) neque enim quod meum non est, statim tuum est, idque vt tuum vindicare potes, nam aduersus extraneos etiam vitiosa possessio prodest. (B)

(A) l. 4. C. de Edendo. l. fin. C. h. n. r. (B) l. vlt. ff. de acquir. possess. §. 4. versic. commodum Instit. de Interd.

Dominium

XIX.

Dominium, quod actiuum licet appellare fundamentum, in tres species secatur, Directum, vtile, & plenum, non tamen triplex inde actio, sed duplex rectè constituitur. Directa scilicet: & Vtilis.

Mynsing. in §. omnium. num. 37. Instit. eod.

XX.

Directa datur ei, qui plenum habet Dominium, vel directum tantum, V. G. Dominus feudi vel Emphyteusis, (A) Vtilis verò ei, qui vtile tantum habet Dominium, vt Emphyteuta. (B) Vasallus. (C) Superficiarius. (D)

(A) Schneid. Zas. in §. omnium, facit. l. in rem actio. ff. h. Old. cl. 3. act. 2. quest. cui & aduersus, & c. (B) l. 1. ff. si ager vestig. pet. (C) cap. 1. §. rei. a. de Investitura de re aliena facta. (D) l. in speciali, in fin. & l. sequen. ff. h.

XXI.

An, cui per vsucapionem adiectum est dominium, directam competat actio, acris sed sine sanguine pugna est, nos à parte aientium stabimus.

Per l. si quis emtionis. §. 1. in pr. C. de præscript. 30. vel 40. annorum l. eum qui §. 1. ff. de Vsucap. Fach. lib. 1. cap. 70. per totum.

XXII.

Vtiliter vendicant, qui per cessionem, vel contractum, actionem acquirunt, à domino vel quasi.

l. vlt. C. de hered. vel act. vend. & l. si scripti hered. C. de pet. hered.

XXIII.

Alterum, quod passiuum dicunt fundamentum, possessio est, quæ cum civilis sit, vel naturalis, queritur contra quem possessorem detur? Et respondemus, contra naturalem tantum, (A) civilem tantum (B) vel contra vtroque modo possidentem. (C)

(A) *l. officium iuncta l. possideri. 3. in prin. iuncto. §. si feruus 15. & §. saluus. ff. de acquir. poss.* (B) *per gloss. super Rubr. d. tit. & communiter. D D. ibi.* (C) *l. 3. §. fin. ff. ad exhib.*

XXIV.

Dirigitur item contra nudos detentatores, (A) quasi possidentes, (B) & possessionem eminentes, (C) non tamen sequestrum, (D)

(A) *l. 2. ff. commodati. l. officium. §. quidam tamen ff. de Rei vind.* (B) *l. si qui dolo & l. parem. ff. de reg. Iur. l. Sin. a. §. sed & is qui, ff. de rei vind.* (C) *l. is qui se obrulit. & l. sin. a. in prin. l. ult. ff. de rei vendic.* (D) *Trent. cum cit. text. disp. 15. vol. 1.*

XXV.

Si reus absque dolo possessione cadat, vel res fortuito casu pereat, post moram eius, an absolendus erit ab interesse? Nos hoc casu, quo res eodem modo apud Actorem, perempta fuisset, liberatum pronunciamus. (A) ad priorem verò quo absque dolo possessione cadit, conueniri eum ad æstimationem rei posse astruimus, (B) cedi tamen sibi actionem à petitore iure petet. (C)

(A) *Confirmant hæc quæ docuit hoc anno præcit. & cum honore rememorandus Clariss. D. Frider. Martini super Interesse ex stip. conclus. 1. ampliat. 2. Item Trent. d. disp. tbes. 7.* (B) *Schneid. in §. omnium Instit. h. num. 86.* (C) *l. si culpa. 63. & gloss. ff. h. tit.*

XXVI.

Alius casus se offert, non vsquequaque extricatus, an si actori post litis contestationem primum obueniatur dominium, quod tempore porrecti libelli non habebat, condemnatio nihilominus, contra reum sequi possit? quod sequimur.

Bart. in l. & an ead. 14. §. actiones ff. de Except. Rei ind. Ang. num. 12. Iason. num. 66. Instit. h.

Huius

XXVII.

Huius actionis finis, si respicitur, rei persecutoria est. (A) Pro quo notandum, fructus quoque in eam venire, (B) si causa formalis stricti iuris est & arbitraria. (C)

(A) *§. Rei persecut. Institut. h.* (B) *Olden. cl. 3. act. 2. versic. fructus.* Distinguendum tamen inter malæ fidei vel b. f. possessorem, nam ille ad omnes fructus tenetur, hic non nisi ad extantes. (C) *iuxta §. prætera Instit. de act.*

XXVIII.

An malæ fidei possessoris hæres nullam habens rei alienæ scientiam, damnari debeat, vt possessor malæ fidei dubitatur; nos minus nihilo.

Bart. in l. & ex diuerso. 35. num. 12. ff. de rei Vind. Fach. lib. 1. cap. 56.

XXIX.

De foro huius Actionis, non liquere satis videtur, quoniam in loco sit exercenda, an apud Iudicem domicilii, vel rei sitæ, nos electioni actoris relinquimus.

gloss. in l. 13. verbo res. C. vbi in rem actio. in f. Siehard. ibid. Olden. num. 6. versu pertinet, sup. dd. loc.

Alter pars Capitis.

XXX.

PRO rebus incorporalibus, eodem iure duæ nobis prouent actiones. Confessoria, & Negatoria (A) quæ, quia fallaci quadam figurâ verborum, sæpe vna alterius naturam mentitur, magis à sensu, quam verbis æstimandæ sunt, (B)

(A) *§. æque Instit. de act. l. 2. ff. si feruit. vindic.* (B) *iuxta. c. intelligentia, extra de V. S. D D. in §. æque Instit. hic.*

XXXI.

Definimus priorem: quòd sit Vindicatio seruitutis, à re alterius nobis vel fundo nostro debita: alteram, quòd sit vindicatio siue actio, qua rem nostram aduersario, vel fundo eius, seruitutem debere negamus.

Ita Herm. Vult. in §. æque, num. 9. & 10. Instit. h.

XXXII.

Vtraque in directam & vtilem distinguitur: priorem directi Domini prædiorum dominantium: posteriorem vtilis, V. G. Vasallus, superficiarius, &c. habent.

Perll. 1. & 2. ff. si seruitus vindic.

XXXIII.

Hæc diuisio mitigat rigorem definitionum suprâ allatarum, ita vt non solum seruitutum nomine, sed etiam cuiuslibet alterius iuris nomine agere possimus, si non directè, vtiliter saltem, (A) vt si quis impediatur in perceptione decimarum, Oblationum, tributorum, reddituum, census. (B) &c.

(A) *Vult. d. loc. num. 4. vbi explicat, quare Imperator seruitutum exemplo duntaxat vtatur.* (B) *Schneid. in §. æque, Vult. ibid. num. 4. DD. ad c. tua. & c. prohibemus, extra de decimis. illustrant hæc quoq., quæ idem vir clariss. Frider. Martini docet in tractatu suo de Censu, cap. vlt.*

XXXIV.

Sed Exemplum, quod Iustin. adfert, de seruitute alius tollendi, haud ita planum videtur, cum ea sit libertatis naturalis: Respondemus nihil prohibere, siue iure seruitutis, siue iure quis suo, hoc est, naturali iure & libertate alius tollendi. Ius sibi vendicet.

Ita memoratus illustris harum thesuum preses, d. cap. vlt. num. 88. & 89. VVesemb. §. æque, Instit. h.

XXXV.

Actio Confessoria non solum separatim & seorsim, sed etiam

sed etiam cum Interdicto retinendæ possessionis coniungi potest.

Bart. l. 3. §. commune. num. 18. ff. de acquir. possess. Abbas. c. pastoralis. & c. cum dilectus. num. 7. de caus. poss. & propriet.

XXXVI.

Dantur verò hæc actiones Confess. & Negat. & possidenti, & non possidenti. (A) quod secus est in rei Vindic. quæ nunquam possidenti datur. (B)

(A) *text. in §. æque. Vult. ibid. num. 42.* (B) *nam possessor rerum corporalium, nullam Actionem, quæ rem possessam exigat habet.*

XXXVII.

Excepto vno casu, inquit textus, §. æque, qui qualis sit, anxie indagatur: nos omissis ambagibus, ex vero assignamus eum, quo reus possessor opponit Ius dominij, non reconueniendo actorem sed excipiendo ac defendendo (A) tunc enim vicem Actoris sustinet. (B)

(A) *Olden. clas. 3. act. 2. num. 1. versic. Veritas.* (B) *l. i. ff. de Except.*



CAPVT. III.

De Actionibus in rem prætoris.

XXXVIII.

Superiores Actiones ex legitimis causis descendunt, S alias Prætor ex sua Iurisdictione proposuit. (A) inter quas prima venit Publiciana, quæ amissa possessione datur ei, qui a non Domino (B) rem traditam ex iusta causa (C) acquirendi dominij, bona fide, (D) accepit nec dum vsucepit, (E)

(A) *§. sed istæ Instit. h.* (B) *l. i. & toto tit. h. l. 18. de pignar.* (C) *puta ex contractu ad transferendum dominium habili, nec distingua*

distinguo inter veros, vel putativos titulos. (D) Iafon, Schneid, §. sed ista. (E) d. l. i. de Publiciana. &c.

XXXIX.

Cumulari Publicianam cum rei vindicatione, tam iure, quam consuetudine constat.

Andr. Gail. lib. 1. obseruat. 62. Olden class. 3. act. 2. ibi, affinita remedia.

XL.

An Ecclesiæ Publiciana, non factâ traditione competat, lis est, diuersis tantibus sententijs in negatiuam imus.

Iafon. in l. 23. C. de SS. Ecclesijs.

XLI.

Bonam fidem iure ciuili ab initio interuenisse satis (A) iure canonico continuatam esse debere, iura docent. (B)

(A) *l. unica C. de vsufructu transf. (B) cap. fin. de prescript.*

XLII.

Publicianæ contraria est Rescissoria, quæ in rem iure prætorio prodita, rescissâ vsucapione, quæ facta esse negatur, persequitur rem à possessore vsucaptam, quasi nunquam vsucapta sit.

Schneid. in §. rursus Instit. h. num. 6. dicitur rescissoria propter præambulum remedium rescindens vsucapionem, adeoq. ab euentu appellatur, & addit. gl. Rescissoriam non esse proprium nomen actionis, sed adiectionem, quod notandum.

XLIII.

An actiua sit, vel datiuâ, egregiè litigatur: prius asserimus, illo tamen casu, si ante completam vsucapionem, actio illa, quæ prius competeat, præexistentem materiam habuit.

Schneid. h. nu. II. Salicet in l. fin. C. quib. ex causis manumit.

XLIV.

Vt Vsucapio Prætorio iure rescinditur, sic traditio reuocatur, facta in fraudem Creditorum per Paulianam (A) quæ

quæ quia possessorem rei sequitur, in rem scripta dicitur, quâ ob ordinem à Iustin. hîc obseruatum sustinemus. (B)

(A) *§. item Instit. h. l. 2. Si quid in fraud. (B) est enim personalis actio, quia datur ex dolo, quam tamen Iustin. ob similitudinem, quam cum realibus habet, hîc eis interposuit.*

XLV.

Lubet tamen, occasione huius interponere q. an scilicet creditor si ipse sibi rem emerit hypothecatam, iuri pignoris renunciâsse intelligatur? Quod negamus.

Concenatiua. 4. quest. 10.

XLVI.

Res nobis tacitè, vel expresse oppignerantur: pro primo modo obligatis Seruiana competit, quæ in rem prætoriam, locatori datur, ad res in fundum, vel prædium inuectas vindicandas à quocunque possessore.

§. Item Seruiana. Instit. h. & DD. ibid.

XLVII.

Sed & creditori datur, pecuniam ad refectionem rei suppeditanti, (A) Item mulieri, quæ pro rebus dotalibus conseruandis habet obligata bona mariti, (B) Marito quoque ad seruandam donationem propter nuptias in bonis uxoris. (C)

(A) *l. i. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. (B) l. i. §. & vt plenius, C. de rei vxor. &c. (C) d. §. vt plenius.*

XLVIII.

Res expresse hypothecatas, quasi Seruianâ vendicamus, cum eo effectu, vt eas retinere, vel vendere possimus, nisi redimantur à debitore.

Myssing. num. 31. §. item Seruiana. facit. l. preses. C. de pign. & hypothec.

XLIX.

Est actio in rem, nec propter expressum contrahentium consensum,

C

consensum), ut quidam opinantur, personalis efficitur.

Olden. class. 3. act. 10. num. 2. Ratio redditur. quia tractantes de pignore, non intendunt ut persona, sed ut res obligetur. l. pignoris. C. de pignor.

L.

Plures reales actiones, congerere, cum Iustiniano, Inst. hic, cessamus, Colophonis loco sufficimus, quod actiones, quæ in rem scriptæ vocantur, licet non puram videantur habere, alterutrius speciei naturam, dico tamen, eas verè & ex natura sua esse personales, quia tamen ex quadam æquitate conceduntur, aduersus quoscunque rei litigiosæ possessores, inde, quomodo in rem dicantur, pervidetur. quibus disputationem configno.

*Ad DEI, matrisq; Virginis
maio rem gloriam.*



ORNA




ORNATISSIMO ET DOCTIS-
SIMO DOMINO HENRICO BVNÆO I.

V. CANDIDATO, THESIVM HARVM PRO-
pugnatori, amoris ergò apposuit.

*V*Nus lite, modis alijs rem vindicat alter;
Restituiq; cupit, rem sibi quisq; suam.
Tu quid? rem textu, respõso vindica honorẽ,
Ut veniant, uno tempore, res & honor.

Adamus Pfetner à VVeeg
Nobil. Bauarus.



EID. ACCINUIT.


*V*MBROSOS nemorum saltus venator oberrans,
Novit ab impressâ calce, latere feram.
Nec mora, tenduntur casses; velut Æolus agmen
Ventorum emittit; sic volat ala canum:
Qui variâ flectunt cursum vertigine, donec
Bellua latratu prodeat acta foras;
Et ruat in laqueos, catulorum aut morsibus icta;
Eliso claudat gutture præda diem.
Quisquis IVRA colit, densâ caligine sylvam
Ingreditur; LEGES dixerit esse FERAS;
Difficiles captu: vires intendere mentis,
Non arcum debet; qui capit, ille sapit.
Non hic quadrupedum fonet vllâ cubilia Princeps;
Non hic fulminea dente ferocit aper.

C. 2.

Ergo

*Ergo canes alios isthac venatio poscit,
Qui sunt INGENIVM, continuusq; LABOR.
His cum te vidit stipatum Astræa catellis,
Uterq; nostra (inquit) sit parafacta specus.
Lustrasti: collecta, FERAM, theoremata monstrant,
Hæc dabit æternum, non moritura, decus.*

VIRGILIUS IMESLANDER
Bauarus. I. V. Candidatus.



EIDEM.

SVPREMAM LAVREAM AMBI-
ENTI, DOMINO SVO COMPETI-
TORI GRATVLABVNDVS ACCINUIT.
LEX REGIT, ARMA TVENTVR.

SÆPIVS exclamat *Vulgus, loca questibus implet;
Amisam Astræam, diruta cuncta putans.
Non sic; illa pedem cælo cum laude, reflexit
In terras, quicquid vulgus inane ferat.*

*Quid mirum? nam lex sola est de Numine iusto,
Quæ iustis tribuit, præmia iusta, suis.
LEX REGIT, ac orbis fines multum, ARMA TVENTVR.
Sic satis est: igitur nunc bene vade, Vale.*

IDEM EIDEM.

SVFFICIT *hand studium iuris, sed Diva Corona
Danda tibi Themidos; Io Triumphe, datur.*

RVDOLPHVS STÖCKINGER, Selestadianus,
Alsatus, Iuris vtriusq; Candidatus.

ANA

ANAGRAMMA.

ERRICVS BVNÆVS RATISBONENSIS.

En bonis artibus, vnicè rarus es.

PALLADIAS, quisquis Themidi; coniunxerit artes
Vtrique sacratus Dex.
Nancisci haud potis est, meritæ præconia laudis
Superante facto, carmina.
Namque sua occulto, velut annis obsita quercus
Excrefcit æuo, gloria.
Tanta, per immensos studiorum, fama labores
Ad te, Bunæe, peruolat.
Palladis & Themidos dudum mysteria, tantâ
Cum laude coluisti vigil.
Vt se, tot, tenui complecti, grandia versu
Musa fateatur impari.
Nominis vnum omen defert, EN ARTIBVS, inquit
ES RARVS VNICE BONIS.

Ioannes Claudius Petremand.
Bisuntinus Pangebatur.



EIDEM.

ET Tu obstasne graui sapientia Diua Labori?
Cum cedat toto quicquid in orbe fiet
Quis sapiens vnquam absque labore fuit?
Ergo nitere talis eris.
Nostin Pellæus Iuuenis quot multa ferorum
Corpora crudeli strauerit ense Virum,
Hoc labor, hoc studium vincere digna parat.
Ergo nitere victor eris.

C 3

Mercantum

Mercantium genus & pretiosa talenta metalli
 Aut sibi res magnas ut cumulasse putas?
 Res duro quoniam parva labore venit
 Ergo Nitere magnus eris.
 Ingenio multos superas volitasse per auras
 Et nostri nomen clarificasse suum,
 Hoc labor, Ingenium, hoc sacra Minerua dedit.
 Ergo Nitere clarus eris.
 Duxisti Sophicos sed qui de more Triumphos
 Cum Phæbus Capiti Laurea ferta dabat
 Quæ sunt palladiæ præmia nota DEÆ.
 Ergo iam quoque victor eras.
 Sic non Iuridici studij statuiste trophæa
 Sufficit. Haud reparas præmia digna scholæ?
 Sic superasse modo, sic superasse iuuet.
 Nixus Victor ades celebris.

Joannes Henricus Vest
Spirensis Nemetus. LL. Stud.

AD EVNDEM.

ASTRÆA ut docuit Iura te promere Leges?
 Actio quam verbis conuenit apta tuis?
 Sis licet eloquio facundo æquandus Vlyssi;
 Legibus instructum te magis esse puto.
 Sic te docta Themis seruet, sic Iura revolue,
 Ut patriæ sospes dicere Iura queas.

Ioann: Iacobus Stupanus à Bùrgeis
 Tyrolensis LL. Stud.

AD EVNDEM.

QVI rumpunt ossa, istos spes trahit arcta medullæ:
 Ob nucleum, duram frangimus vsque nucem.
 In duro iuris studio BONA, RESq; medullam
 Esse puto, Themis hunc querit habere scopum.
 Ut bifidi Iuris nucleis, HENRICÈ, fruaris,
 RES AGIS, atque arctam rumpis ad astra viam.

M. IOANNES IACOBVS
 Schmidlin Friburgensis
 Brig. LL. Studiosus.

FINIS.

